Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

arcendo. Unde Jacob ad Laban ait. Oues tue steriles non fuerunt. Nam sterilitas ouium id est peccata pastoribus imputantur Unde scribitur Numeri.xxv. Quãdo fornicatus est populus cum filiabus Moab: dixit dominus ad Moysen. Tolle cunctos principes de populis ⁊ suspẽde eos in patibulo versus solem. Peccata enim subditorũ redundant in capita prelatorũ id est curatorum. ¶ Unde si hec perpenderent homines principatus non ambigerent. Durissimum iudicium fiet his qui presunt. Potẽtes enim potenter tormenta patientur. ¶ Unde quidam religiosus bonus qui cum in episcopum fuisset electus noluit acceptare: ⁊ dixit vni post mortem. Si de numero episcoporum fuissem de numero damnatorum iam essem. Cur hec: Quia multi sunt curati qui obstruunt oculos spirituales: ⁊ aperiunt oculos bestiales: quia non vigilant cum christo in oratione: sed cum Juda in cupiditate. Quia Judas alijs discipulis dormientibus vigilauit vt dominum suum traderet propter peccuniam habendam. Sic curati si vocantur a diuitibus statim veniunt. Sed a pauperibus fingunt se esse occupatos: ⁊ non veniũt. Et tunc o mi frater q̃ pastor factus sis: non vt animas deo acquiras: sed vt diuitias multiplices ⁊ dicas. Benedictus deus quia diues factus sum. Hec autem gratiarum actiones sunt latronum ⁊ raptorum qui deum benedicunt: dum diuitias per furtum aut rapinam acquirunt. Si autem non habes panem verbi dei nec vestem virtutum. mirum est q̃ oues pro quibus Christus fudit sanguinem suum in curam tuam presumis accipere: potius deberes dicere cum Isa. Domine sum mendicus: in domo mea non est panis: neq̃ vestimentum. nolite me constituere in principem populi. In quo comprehenduntur collatores beneficiorum qui adulatoribus ⁊ cõsanguineis suis sponsam christi committũt. Quibus precatur Abacuck dicens. Ve his qui edificãt syon in sanguinibus id est ecclesias conferunt consanguineis suis. Et hoc dico nisi digni inueniantur. Dominus enim consanguineos suos in apostolatum promouit: vt patet in sancto Jacobo ⁊ sta